iste vocabatur symon quod interpreta obediens ꝛ bene conuenit claustralibꝫ qꝛ veniūt ad obediētiam cū talibus ꝛ libenť dn̄s prā-det cū eis. simon lepsus ē claustralis quia causa agendi penitenti am claustꝝ intrauit ꝛ pc̄ta sua libenter ꝯfiteť in domo huiꝰ recū-bit ih̄us. Item de qua eiicerat septem demonia vtꝝ hoc ita ad lite ram non est discussuꝫ. Sacri expositores volunt vt p septē demo-nia intelligant̄ vniuersa pc̄ta. quia septenarius nūs est vniuersi-tatis. Dicamꝰ ꝗ demonia septē .i. vniuersitatem peccatorꝫ siue septem criminalia que septē noībꝫ demonū repertis in sacra scrip-tura ꝯueniūt. que sūt dyabolꝰ vehemot leuiathā asmodeꝰ satha nas exterminator demon. Dyabolus interpretat̄ deorsuꝫ fluens ꝛ significat supbiam q̄ luciferꝝ eiecit de celo et adam de paradiso Vnde Lu. 14. ꝛ 18. Qui se exaltat humiliabiť ꝛc. Vehemot. Job. 40. ꝛ interp̄tatur alit. Vnde signat castrimargiam. que facit ho-minē quasi bestiā effluentē super omnē escam sine omni discretio ne. Vnde Job. 40. Fenum quasi bos comedet. Vnde psalmus. Nolite fieri sicut equus et mulus ꝛc. Leuiathan. Job. 40. et interpretat̄ additamentū eoꝝ. vnde signat auariciam que super addit domū domui agrum agro Isa. 5. Ve q̄ ꝯiungitis domum domui ꝛc. Asmodeꝰ Thobie. 3. ꝛ interpretat̄ iudicii diluuiū ꝛ sig-nificat luxuriā p quā dn̄s mundū diluuio iudicauit Gen̄. 6. Cum vidisset terram esse corruptā omnis quippe caro corrupat. Vn̄ se quitur ad noe finis vniuerse carnis venit coram me. Sathanas Mat. 16. ꝛ interpretat̄ aduersarius. vnde significat inuidiā q̄ sem per maioribꝫ aduersat̄ Job. 5. Paruulū occidit inuidia. Extermi nator. 1. Cor. 10. ꝛ signat iram que ponit aīam extra terminos suos ps̄. In ira ppl's ꝯfrin. ꝛc. Demon Mat. 8. ꝛ interpretat̄ suffi-ciens iniquitas. Vn̄ significat accidiā que sufficit ad puniendꝫ hominem. cum nihil dilectionis habeat eccle. Multos occidit tri sticia. et non est vtilitas in illa ꝛc

## Jacobi apostoli s̄mo xxvii

Dic vt sedeant hi duo filii mei. vnus ꝛc Mathei. 20. carissi-mi stultū est velle habere premium sine labore. ac ꝯsequi velle tri-umphū absqꝫ pugna. Quia inq̄t beatus Gregorius. Ad magna p̄mia nō puenitur nisi p magnos labores. ꝛ ait apl's. 2. Thi. 2. Nemo certans in agone coronabiť. nisi qui legittime certauerit Huic Job. 7. Milicia est vita hominis sup terram. Et in horolo-gio Sapie scribiť. Sūt quidā amatores nimium vtiqꝫ molles q̇ dum amori ad horam inseruiunt amatores sine labore esse volūt quibus si statim iuxta voluntatem aura optima nō arriserit. ab-inceptis ꝯtinuo desistunt. ꝛ hi ad fructū amoris minime pueniunt

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-184/0124
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG